

## ISABEL LA CATOLICA

### «Corregente en la Corona de Aragón»

La participación de don Fernando en el gobierno de Castilla es extremo bien estudiado y conocido, desde su planteamiento en los capítulos matrimoniales hasta la adopción de la fórmula dada en el Convenio de Segovia de 1475, completado con el poder otorgado por la Reina a su marido en 28 de abril del mismo año.

Este Convenio y este poder, precisando la participación de don Fernando en el gobierno de Castilla, tiene su contrapartida y complemento en el otorgado por don Fernando en Calatayud el 14 de abril de 1481, nombrando a doña Isabel Corregente, Gobernadora y Administradora general en los reinos de la Corona de Aragón <sup>1</sup>.

Aduce don Fernando haber aprendido de sus antepasados ser propio de reyes procurar que en la cosa pública no se descuide una parte por atender a otra, y cuando, ocupados en negocios importantes, no es posible cuidar por sí solos del buen gobierno de los reinos, conviene asociar a personas a ellos conjuntas. Expone que, por estar ocupado en gravísimos negocios, no puede atender según conviene al buen gobierno de sus reinos y señoríos, y por ello ha decidido nombrar a la reina doña Isabel Corregente, Gobernadora y Administradora general y otra yo: (*conregentem, gubernatricem, administratricem generalem et alteram nos*) en los reinos de la Corona de Aragón, estando presente o ausente de ellos y en su presencia o ausencia: (*nobis*

---

1. Pergamino de 631 por 596 mm., con firma del rey, conservado en el Archivo de Simancas, Patronato Real, leg. 21, fol. 1; reseñado con el número 2.580 en el *Catálogo V* del Archivo, Valladolid, 1946, tomo I, pág. 361

*presentibus vel absentibus ab eisdem et in nostri presentia vel absentia).*

Enumera las atribuciones que le concede, las propias del mismo monarca: mandar a todas las personas con autoridad eclesiástica y laica; ejercer sobre ellas cualquier jurisdicción; castigar a los culpables, incluso en las causas de lesa majestad, perdonar y componer las penas; conceder privilegios y libertades, y pedir donativos, subvenciones y servicios; vender, dar o empeñar rentas, derechos y jurisdicciones; exigir el cobro de lo debido al rey; conceder cargos, oficios y beneficios; crear y destituir oficiales y notarios, nombrar caballeros e infanzones; requerir la entrega de castillos y fortalezas y darlos a otras personas; pudiendo, en general, hacer todo cuanto el rey podría exigir, cumplir y mandar (*que nos ipse faceremus exequi, adimplere et mandare possemus*).

In Dei nomine. Pateat universis quod nos Fernandus, Dei gratia rex Castellæ, Aragonum, Legionis, Siciliæ, Toleti, Galleciæ, Galleciæ [sic], Maioricarum, Sardinie, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbii, Algecire, Gibraltaris, comes Barchinone, dominus Vizcayæ et<sup>2</sup> Moline dux Athenarum et Neopatriæ, comes Rosillonis et Ceritanie, marchio Oristanni, comesque Gociani, ut a maioribus accepimus, bonorum regum et principum est, sic corpus rei publice procurare quod, dum unam partem tuentur, aliam minime negligant, et dum<sup>3</sup> presentes, in arduis occupati negociis, ad bonum regimen regnorum et terrarum soli et de per se vacare aut intendere non valeant, personas sibi affixas ad id deligant, consociet et assumant. Cum igitur impediti et occupati tantum simus in rebus et negociis arduissimis<sup>4</sup>, quod regimini et gubernationi regnorum et terrarum nostrarum, ut convenit, providere non valeamus, tenore presentis, gratis et de nostri certa scientia motuque proprio et mera ac spontanea voluntate, vos, serenissimam Ysabelem, reginam, carissimam et dilectissimam conjugem nostram<sup>5</sup>, cuius prudentiam ingenii ac virtutum omnium experientia vidimus circumfulctam nobisque fidissimam, conregentem, gubernatricem, administratricem generalem et alteram nos, in regnis nostris Aragonum, Siciliæ, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsicæ, principatu<sup>6</sup> Cathalonie, insulis adiacentibus et aliis regnis et terris Corone regie Aragonum, facimus, statuimus, creamus, proficimus pariter et ordinamus. Ita quod vos, dicta serenissima regina, coniunx nostra dilectissima, in dictis regnis, principatu, insulis et terris et in unoquoque<sup>7</sup>, nobis presentibus vel absentibus ab eisdem et in nostri presentia vel absentia, per vos, absque nostri interventu neque a nobis aliqua requisita consulta, presitis et

emperitis omnibus et singulis archiepiscopis, episcopis, magistris, abbatibus, prelatibus ac religiosis, necnon omnibus et singulis ducibus/<sup>8</sup> marchionibus, comitibus, baronibus, civitatibus et terris, gubernatori nostro generali et eius vicesgerentibus, universitatibus, iusticiis, iuratis, thesaurariis, vicariis, procuratoribus, alcaydiiis seu castellanis, quocumque usu seu consuetudine castra tenentibus, etiam ad usum et consuetudinem Hispanie, et ceteris subditis, officialibus et personis, tam maioribus quam minoribus, dictorum regnorum et terrarum, quovis officio, dignitate, lege conditione et gradu distinctis; et possitis super ipsis indistincte, tamquam persona nostra, universaliter et particulariter/<sup>10</sup> disponere, mandare, ordinare et statuere, prohibito voluntatis, sicuti vestre prudentie et discretioni, pro nostri et vestro servicio ac statu et conservatione rei publice dictorum regnorum, principatus, comitatum et insularum et cuiuslibet eorum et earum, videbitur expedire. Possitis insuper in et/<sup>11</sup> super prenomatos et alios regnicolas et subditos nostros, ac etiam super alienos seu externos inibi existentes et quomodolibet declinantes, presentes pariter et futuros, exercere iurisdictionem quamcumque, civilem et criminalem, altam et baxiam merumque mixtum imperium, cum/<sup>12</sup> omnimoda gladii potestate, quoscumque delinquentes et culpabiles castigando, et aficiendo penis debitis, iuxta delictorum qualitatem, vel, si vobis videbitur, de dictis criminibus et aliis gravioribus et gravissimis, etiam si rei aut inculpati de crimine lese fuerint maiestatis/<sup>13</sup> in primo capite, remittere, perdonare, componere, transigere et pacisci, et penas civiles et criminales remittere pro pecuniis aut aliis de gratia speciali. Possitis etiam privilegia, facultates et libertates, iuxta ritum, ordinem et formam iusticie et etiam gratie et alia quecumque/<sup>14</sup> quantumcumque grandia, concedere et concessa confirmare, subvenciones, dona, collectas, immuna, subsidia, mutua vel servicia quevis, ab incolis dictorum regnorum, insularum, comitatum et terrarum, petere, obtinere, procurare et habere eaque acceptare. Possitis insuper et valeatis/<sup>15</sup> transigere, paccare, atque gratias, relaxationes, concessionem et provisiones quascumque, de bonis et iuribus nostris, quibuslibet personis vobis benevissis pro vestre voluntatis libito, facere, etiam cum iuramento in animam nostram et penis ac bonorum ac iurium nostrorum obligationibus. Possitis ulterius/<sup>16</sup> instrumento seu instrumentis, gratie redimendi median-tibus, vel sine ipsis aut ad imperpetuum, bona, iura, redditus, directus, mandas, pedagia, cabellas, portus scadennas, jurisdictiones, bona et iura nostra quecumque, dictorum regnorum, principatus, insularum et terrarum et cuiuslibet/<sup>17</sup> eorum et earum, nobis pertinentes et pertinentia, et que in futurum spectare poterunt et pertinere, vendere, impignorare, dare et de eis gratiam gratiose facere, et alienare illis persone vel personis quibus volueritis, sub tempore seu temporibus vobis benevissis, aut ad imperpetuum. Possitis/<sup>18</sup> preterea exigere, petere, recipere et habere, aut exigi, peti, recipi et haberi facere, quascumque

peccunias nostras et que nobis debentur aut debebuntur sub quocumque numero, a quibusvis ipsarum pecuniarum debitoribus et detentoribus; et, pro validatione premissorum et infrascriptorum/<sup>19</sup> et cuiuslibet partis eorum, contractis donationum, gratiarum, impignoratorum, venditionum, arrendamentorum et aliorum quorumcumque, cum bonorum et iurium nostrorum obligationibus generalibus vel specialibus, faciundo, firmando, concedendo et concludendo, pactando et pro-/<sup>20</sup> mittendo, medio iuramento aut sine ipso, prout prudencie vestre videbitur expedire. Possitis insuper omnes magistratus, officia et beneficia, tam ordinaria quam extraordinaria, in dictis regnis, principatu, insulis et terris et eorum quibuslibet, personis vobis benevisis concedere/<sup>21</sup> et comittere, officiales creare, ordinare et moderare, ac in ipsis officiis servientes approbare, vel ab officiis suspendere et omnino amovere, et alium vel alios loco illorum ordinare, prout discretioni vestre fuerit benevisum; notarios creare, privilegia militaria et infançonie/<sup>22</sup> ac commissiones pro armandis militibus et probandis infançonis facere et concedere. Possitis nichilominus castra et fortalicia quecumque, etiam si ad usum et consuetudinem Hispanie teneantur, ab eorum alcaydis, castellanis, vicecastellanis et custodibus petere, requi-/<sup>23</sup> -rere et ad manus vestras habere, tenere atque ea et alia cui volueritis comittere. Et demum ac generaliter omnia alia et singula faciatis et facere possitis et valeatis, que ad predicta et circa ea et ex illis deppendencia et emergentia necessaria fuerint utilia et quomodolibet opportuna/<sup>24</sup> et que nos ipse faceremus exequi, adimplere et mandare possemus, etiam si de iure vel de facto per nos personaliter et non per alium fieri possent; et sine quibus premissa vel eorum aliqua ad effectum debitum deduci nequirent, etiam si maiora vel graviora fuerint superius/<sup>25</sup> expressatis, vel de sui natura de iure vel de facto aut aliter mandatum exigent speciale. Nos enim, in et super omnibus et singulis supradictis ac ex eis incidentibus, dependentibus, emergentibus et connexis ac eis quovismodo connexis, totum et plenissimum posse/<sup>26</sup> nostrum auctoritatem et facultatem nostram vobis, dicte serenissime regine Ysabeli, consorti nostre carissime et dilectissime, conferimus, concedimus et elargimur, cum libera et generali administratione ac plenissima facultate et potestate. Illustrissimo propterea Joanni/<sup>27</sup>, principi Castelle et Gerunde, primogenito nostro et vestro carissimo, ac in omnibus regnis et terris nostris et vestris, post felices et longevos dies nostros, heredi et sucesori nostro et vestro, intentum nostrum aperientes, sub paterne benedictionis obtentu, dicimus; reverendos vero ac venerabiles/<sup>28</sup> in Christo patres, dilectos et fideles nostros, quoscumque archiepiscopos, episcopos, magistros, abbates, prelatos et alias ecclesiasticas personas, requerimus et ortamur; illustribus autem magnificis nobilibus et agregiis viris viceregibus, regenti officium ac gerentibus vices dicti generalis guberna-/<sup>29</sup> -toris.

thesaurariis, baiulis generalibus ac localibus, calmedinis quoque merinis, justiciis, juratis, consiliariis, procuratoribus, castellanis, alcaldis, tam ad usum et consuetudinem Hispanie quam aliter castra tenentibus, alguatziriis, supraiunctariis et aliis quibuscumque vasallis, subditis nostris/<sup>30</sup> ac exteris, universis, cuiuscumque dignitatis, officii, facultatis, prerogative seu status, legis vel conditionis, in dictis regnis Aragonum, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, principatu Cathalonie, insulis adiacentibus et aliis nostris regnis et terris, et quolibet eorum et earum, constitutis/<sup>31</sup> et constituendis, tam maioribus quam minoribus, firmiter precipimus et mandamus strictius iniungentes, de certa nostra scientia et expresse, sub incurso nostre indignationis et ire, quod vos, dictam serenissimam et dilectissimam consortem nostram, pro conregente nobiscum guber-/<sup>32</sup> natrice et administratrice generali et altera nobis eorumque superiore, ac personam nostram auctoritatem et potestatem penitus representantem, habeant, revedeantur vobisque et iussionibus vestris, tamquam nostris propriis, obtemperent, faveant, pareant et attendant, in cunctisque vobis assistant/<sup>33</sup> serviciis, honorificentia et obedientia et non contrafaciant nec contraveniant seu aliquem contrafacere vel venire paciantur seu permittant aliqua ratione seu causa, pro quanto gratiam nostram caram habent iramque et indignationem nostram cupiunt non subire/<sup>34</sup>. Nos enim, ad abundantem cautelam, supplemus scienter et expresse ac consulto, de nostre regie potestatis plenitudine, omnes et singulos defectus ac solemnitatibus ac facultatum omissiones, si qui vel si que fortasse interverint in premissis, decernentes huiusmodi publicum/<sup>35</sup> instrumentum privilegium seu cartam plenam et perfectam obtinere roboris firmitatem, ac promittentes, in regia nostra bona fide, in posse fidelis et dilecti consilarii et prothonotarii nostri Philippi Clamentis, notarii publici infrascripti, hec a nobis pro vobis et omnibus illis/<sup>36</sup> quorum interest intererit aut interesse poterit in futurum legitime stipulantis, nos ratum, gratum, validum, atque firmum, perpetuo habere totum id quicquid et quantumcumque et qualitercumque per vos, dictam serenissimam reginam, coniugem nostram carissimam et dilectissi-/<sup>37</sup> -mam, modo predicto factum fuerit, dictum mandatum, concessum, datum et quomodolibet gestum, sicuti si a nobis ipsum factum fuisset sive gestum, et nullo umquam tempore revocare, sub bonorum et iurium nostrorum omnium obligatione. Datum et actum est hoc in civitate/<sup>38</sup> Calataiubii, die quartodecimo mensis aprilis, anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo octogesimo primo, regnorumque nostrorum videlicet Sicilie anno quartodecimo, Castelle et Legionis octavo, Aragonum vero et aliorum tercio.

Signum [SIGNO] Fernandi, Dei gratia regis Castelle, Aragonum, Legionis, etc., qui predicta concedimus et firmamus, huicque publi-

co instrumento sigillum nostrum comune impediti iussimus apponendum. Yo el Rey. [Autógrafo.]

Testes fuerunt premissis presentes, egregius et magnifici Euricus Enriquez, avunculus et maiordomus maior, et Rodericus de Ulloa, computator maior, consilarii domini regis predicti.

Sig- [SIGNO] -num mei Philippi Clamentis, serenissimi domini regis predicti prothonotarii, eiusque auctoritate per universam ipsius terram et dominacionem publici notarii, qui premissis interfici eaque, de dicti domini regis mandato, scribi feci et clausi. Constat de rasis et correctis in lineis videlicet quinta, ubi legitur conregente, tercia decima pascisci, vicesima septima et vestro et ectiam alibi in eadem nostrum aperientes.

Dominus rex mandavit michi, Philippo Clementi, in cuius posse concessit et firmavit.

ANTONIO DE LA TORRE